

guinis spirituumque animalium motum compescit, hinc in omnibus illis morbis, in quibus quiete opus, doloresque mitigandi sunt, convenient.

Camphora. Ob sal volatile oleosum & nonnihil mucaginosum, sed subtilissimum, blandam spiritibus requiem inducens & simul acido visco/lo terreas crassasque partes potentissime discutientem, sudoriferum & anodynū universale est, quibus nominibus specificē convenit in febris malignis, Peste, deliriis, melancholia, morbisque convulsivis. Opio juncta in deliriis & melancholicis affectibus specifica est.

Terreis particulis constant.

Sanguis Draconis.

Terra Catechu seu Japanica.

Succus Acatiae Germanicae.

Ægyptiacae.

Adstringunt, quapropter in sistendis omnium fluxuum generibus conducunt.

Succus sale falso nonnihil laxante constans.

Tartarus crudus a 3*β.* ad 3*j.* & ultra. Ob sal falsum ex Alcali multo & acido paucō constrūtum, virtutem tam incidentem, stimulantem & resolventem quam laxantem obtinet.

PARS ALTERA.

REGNUM ANIMALE SISTENS.

Partes animalium sale volatili oleoso cum particulis multis terreis constantes.

Cornu Cervi.

Craium humanum.

Ebur.

Unicornu verum seu marinum.

Ungula Alcis.

Blatta Bizantina.

Mandibulæ Lucii pīscis.

Os Sepiae.

Oculi Cancrorum.

Sanguis Hirci.

Mumia.

Lapis Bezoar Orientalis.

Occidentalis.

Entali.

Umbilicus Veneris.

Dentali.

Dens apri.

Horum medicaminum substantia tam cruda quam praeparata sale alcalino volatili multaque terra constans, vi incidente & absorbente omnia acida ac viscida pollet; Blanda sunt sudorifera, Antispasmodica & diuretica. Conveniunt in febris malignis, variolis, morbillis, diarrhoea, dysenteria, Epilepsia, Apoplexia, fluore mulierum albo, pleuritide &c. omnibusque ab acido ortis morbis medenter.

Dosis est 3*β.* ad 3*j.*

*Materiae ex animalibus sumptae si-
leque volatili cum odore fra-
grantissimo, constantes.*

Moschus

Zibethum. } in substantia gr.vj. viij.

Castoreum.

Virtutem habent nervinam, analepti-
cam, Cardiacam atque anodynā.
Venerem stimulant, hystericas pas-
siones & colicam &c. tollunt. Ca-
vendum tamen sedulo, ne illis pro-
pincentur, quorum natura ab usu ho-
rum medicamentorum abhorret.

Pars

Pars animalis sale volatili cum multa pinguedine constans.

Sperma Ceti 3j. 3β.

Virtutem habet anodynam, bechicam, incidentem & diureticam. In sanguine congrumato resolvendo specificum est remedium, & commodissime cum juscule vitelloque Ovi propinatur.

Animalia sale blando volatili constantia.

Stincus.

Lumbrici Terrestres.

Diuretica & Diaphoretica sunt.

Pulv. 3j.

Animal causticum & acerrimum.

Cantharides, a gr. β. ad gr. ij. Ustus internus est diureticus, licet sit suspectus ob vim causticam renes & velicam exulcerantem. Alt frequenter est externus in excitandis vesicis, ad capitum, aurum, oculorum dolores, suffusiones & inflammaciones abigendas.

Vis nimia caustica temperatur lacte vaccino, minime vero acido, teste experientia.

Partes animalium, oleosis crassis particulis constantes.

Ichthyocolla.

Particulis pinguisibus, glutinosis seu mucaginous cum paucis volatilibus constat, & propterea eo, ut temperante & anodyno utimur in specie in dysenteria & diarrhoea temperanda, Lymphaque acti incrassanda.

Animal sanguifugum.

Hirudo.

Applicatur hoc insectum vivum vulvae, ano, pedibus aliisque partibus ad extravalandum sanguinem. Si pertinacius adhaereat, nec facile decidat, aspergendum est sale quedam.

Pars animalis terreis constans particulis cum pauco sale volatili.

Folliculi ferici.

Ob paucum sal volatile Cardiaci habentur; Externe cinis eorum ulceribus mundificandis aspergitur.

PARS TERTIA.

REGNUM MINERALE EXHIBENS.

Sale salso volatili constantia mineralia.

1. *Sal ammoniacum.* Vi gaudet diuretica, stomachica, antifebrili. 3β.
2. *Borrax.* Potens est emmenagogum, aphrodisiacum & Venerem stimulans, 3β.
3. *Chrysocolla.* Nil aliud est quam Borrax cruda; aurif. bri in primis ad consolidandum aurum & argentum ea utuntur.
4. *Sal commune.* Diureticum est. 3j.
5. *Sal Gemmae.* Convenit cum sale communi in omnibus eoque tantum paulo potentius est. 3β.
6. *Nitrum.* Refrigerans & diureticum est, nec non antaphrodisiacum. 3j.
7. *Lapis prunellae.* Convenit cum Nitro, nihil enim aliud est, quam Nitrum cum sulphure depuratum. 3j.
8. *Alumen rupestris.* Vim possidet diureticam & antifebrilem adstringentemque. Externe laudatur in Ophthalmia, nec non carne fungosa absumenda. 3β.
9. *Alumen plumosum.* Ob acutas suas particulas cuti inspersum pruriginem excitat, in quem finem membris paralyticis solet applicari ad velicatodos nervos, & torpidum animalium spirituum motum corrigendum.

(c)

Mi-